



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LXI. Livor Ecclesiasticorum corruptor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

tibi gratiam illorum dabit, qui te ut amplius biberes videban-
tur hortari & cogere. Nemo dicat fratres carissimi, quod in
istis temporibus Martyres non sint, quotidie Martyres sunt.
*Martyriū & veritatis te
simoniū ac
iustitia in-
briari nolle.* Martyr enim testis interpretatur. Quicumq; ergo pro veritate
testimonium dederit, & omnes causas cum iustitia iudicauerit,
quicquid pro testimonio veritatis vel iustitie pertulerit, totum
ei Dominus pro martyrio computabit. Ac sic & ille qui ebrietati
resistit, si cum Dei adiutorio perseverare voluerit, & pro ipsa il-
le aliquas pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus ad
martyrii gloriam reputabit.

CAP. LXI.

LIVOR ECCLESIASTICORVM
corruptor.

*Existiales
invidia fru-
stris.*

§. Invidiam interitum vite, pestem naturae, aduersam om-
nibus bonis ex Deo venientibus, ipsi Deo contrariam, into-
lerabile malum, serpentis praeceptum, Diaboli inuentum, mi-
nicipationem, punitionis arrhabonem, pietatis impedimen-
tum, viam ad gehennam, regni caelorum priuationem, ut lo-
quitur S. Basil. homil. 11. de hoc ipso scelere differens,

*Invidia sapē
à Clerico nō
abest.*

canē pejus oderint & angue Clerici. Hoc siquidem
mortiferum virus non rarò in Clericos eructat, euo-
mitq; malevolentissimus dæmon. 1. Nam & Co-
ritæ Leuitici Ordinis Aaroni & ipsius familiae sum-
mum inuidere Sacerdotium & idcirco terra dehiscen-
te ad inferos delapsi. Num. 16.

*Apostolorum
emulatio ca-
lignia.*

§. Eadem inuidiola in Apostolicum chorum irre-
pere conata est, & quidem sapius. Matth. 18. versic. 1.
& seq. de quo loco S. Cyprian. libr. de zelo & liuore.
Idcirco fratres dilectissimi, inquit, huic periculo consulens Do-
minus, ne quis zelo fratris in laqueum mortis incurreret: cum
eum discipuli interrogarent Luc. 9. v. 46. & seq. quis inter illos
maior esset. Qui fuerit, inquit, minimus in omnibus vobis, hic
erit

erit magnus. Amputauit omnem emulationem responso suo, omnem causam & materiam mordacis inuidiae eruit & abscedit, Discipulo Christi zelare non licet, non licet inuidere. Exaltationis apud nos non potest esse contentio, de humilitate ad summa crescimus, didicimus unde placeamus,

§. Rursum Matth. 20. v. 24. quae de re hunc in modum loquitur S. Heron. epistol. 146. ad Damasum. Ut doceamur, ait, in Sanctos quoque cadere inuidiam, & soli Deo puram clementiam derelinqui; filiorum Zebedaei consideremus exemplum, pro quibus cum mater, mora pietatis affectu, nimis grandia postulasset, reliqui decem discipuli indignati sunt. Nulli periculosum, nulli videatur esse blasphemum, quod & in Apostolos inuidiae malum diximus potuisse subrepere:

§. Iudaei nonne inde perierunt, ait S. Cyprian. loco citato, *Iudaeos inuidia perdidit.* dum Christo malunt inuidere, quam credere? Obrectantes magnalibus, quae ille faciebat, zelo excœcante decepti sunt, nec ad diuina noscenda cordis oculos aperire potuerunt. Quos inter inuidientiae vexillum aliis prætulerunt Pontifices liuore in Christi necem armati, de quibus Marci 15. v. 10. Sciebat Pilatus, quod per inuidiam tradidissent eum summi Sacerdotes.

§. Sanctorum Patrum querela est suo ipsorum tempore Ecclesiam Ecclesiasticosque viros in propriam perniciem inuidiae flammis conflagrasse, & de nostro tempore id docet magistra rerum experientia. Sanctus Cyprianus tractatu de zelo & liuore. Hinc, *Superba in-* inquit, Dominicae pacis vinculum rumpitur, hinc caritas frangitur, *in-* interna violatur, hinc adulteratur veritas, vnitas scinditur, ad uida *Cleri-* haereses atque ad schismata prosilitur, dum obrectatur Sacerdotum *corum su-* tibus, dum Episcopis inuidetur, dum quis aut queritur, non se *perbia,* potius ordinatum, aut dedignatur alterum ferre prepositum. Sanctus Chrysostomus homil. 41. in Matth. cum plurima inuidie commemorasset incommoda, subiungit: Quibus de causis fit, ut vehementius doleam, atque crucier, cum videam nos, qui angelos atque archangelorum Dominum imitari ex

praecepto debemus, Diabolum obnoxia emulatione zelare Sap. 2. v. 24. magna enim etiam in Ecclesia, & in Clero, multoq; maior, quam in laicis est inuidia. Et hom. 44. ad Antioch. Inuidia vis totam subuertit Ecclesiam, & toti nocet terrarum orbi. Quodcunq; malum videris, ex hac radice producit, iam enim & in Ecclesias debacchata est, & prius innumera perpetravit mala. S. Gregorius libr. 3. Dialog. c. 15. Quatuor Monachis Florentio inuidentes, quod vrsus eius oves pasceret, vrsus occiderunt, qui elephantino morbo diuinitus percussus putrescentibus membris interierunt.

C A P. LXII.

CVR MERITO AB INVIDIA AB-
horreat Clericus.

§. **A**B hac inuidentia alienissimum esse virum Ecclesiasticum desiderauit, & praecepit Apostolus 1. eo ipso quod prohibuit esse superbum Tit. 1. v. 7. Siquidem superbiae filia & pedissequa est inuidia, quemadmodum optimus auctor docet S. August. lib. 11. de Genes. ad litteram cap. 14. Cum, inquit, superbia sit amor excellentiae propriae; Inuidia vero sit odium felicitatis alienae, quid inde nascatur, satis in promptu est, amando enim quisq; excellentiam suam, vel paribus inuidet, quod ei coequetur, vel inferioribus, ne sibi coequentur, vel superioribus quod iis non coequetur. Superbiendo igitur inuidus, non inuidendo quisq; superbus est. 2. Remouet & à Clerico inuidiam Apostolus, cum iubet esse benignum, Tit. 1. vers. 8. φιλάγανος, id est, qui sit probo ingenio bonarumq; rerum ac hominum amans & studiosus, qui piis operibus & virtutibus delectetur alienis. At inuidia aliena infelicitate letatur & felicitate cruciatur. 3. Eandem inuidiam inter pudenda, lucē refugientia, ac latebras

Superbia
facit liuor.

Nemo bo-
nus inui-
dens.

Inuidia opus
t. nebrarū.